Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



LEVITICI

sinistri extremum auriculæ singulorum dextræ et pollices manus ac dextri pedis: reliquum fudit super altare per circuitum. Adipem uero et caudam omnemque pinguedinem eius quæ operit intestina et reticulum iecoris et duos renunculos cum adipibus suis tamquam dextro separant. Tollens autem de camisiro azimorum quæ erat coram domino panem absque fermento et collirydam hysopum oleo laganeisque posuit super adipes et armum dextrum tradens simul omnia aaron ac filiis eius. Cum postea leuauerint ea coram domino rursum suscepta de manibus eorum adolent super altare holocausti: eo quod consecrationis esset oblatio in odorem suauitatis sacrificium domino. tulit et pectusculum eleuans illud coram domino de arietis consecrationis in parte suam sicut præcepit ei dominus assumensque unguentum et sanguinem qui erat in altari aspersit super aaron et uestimenta eius et super filios illius ac uestes eorum. Cumque sanctificasset eos in uestitu suo præcepit eis dicens. Coquite carnes ante fores tabernaculi tabernaculi. Ubi comedite eas panes consecrationis quoque edite qui positi sunt in camisiro sicut præcepit michi dicens. Aaron et filii eius comedent eos. Quod autem reliquum fuerit de carne et panibus igni absumet. De ostio quoque tabernaculi non exibitis. vii. diebus usque ad diem quo expleri iussit consecrationis uestre. Septem enim diebus fiunt consecratio sicut et in presentiarum factum est ritus sacrificii expletus. Die ac nocte manebitis in tabernaculo observantes custodias domini ne moriamini. sic enim mihi præceptum est. Fecerunt que aaron et filii eius cuncta quæ locutus est eis dominus per manum moysi. IX.

Octauo autem die uocauit moyses aaron et filios eius ac maiores natu israel. Dixique ad aaron. Tolle de armento uitulum pro peccato et arietem in holocaustum uitiosos et immaculatos et offer illos coram domino. Ad filios israel loqueris. Tollite hircum pro peccato et uitulum atque agnum anniculum sine macula in holocaustum bouem quoque et arietem pro pacificis et immolate eos coram domino in sacrificio singulorum similam oleo hysopum offerentes. Hodie enim dominus apparebit uobis. Tulerunt ergo cuncta quæ iusserat moyses ad ostium tabernaculi. Ubi cum omnis multitudo stetisset ait moyses. Iste est sermo quem præcepit dominus facite et apparebit uobis gloria eius. Dixique ad aaron. Accede ad altare et immola pro peccato tuo offer holocaustum et deprecare pro te et pro populo. Cumque mactaueris hostiam populi. ora pro eis sicut præcepit dominus. Statimque aaron accedens ad altare immolauit uitulum pro peccato suo. cuius sanguinem obtulerunt ei filii sui. in quo tingens digitum tetigit cornua altaris et fudit residuum ad basim eius. Adipemque renunculos et reticulum iecoris eius fuit pro peccato adolent super altare sicut præcepit dominus moysi. Carnes uero et pellem eius extra castra combussit igni. Immolauit et holocaustum uictima obtulerique ei filii sui sanguinem eius. cuius fudit per altaris circuitum. Porro etiam hostiam in frusta concidens cum capite et uisceribus singulis obtulit. quæ omnia super altare cremauit igni. lotis prius aqua intestinis et pedibus. Pro peccato populi offerens mactauit hircum. Deprecatoque altari fecit holocaustum. adhibens sacrificia libamenta quæ parari iussit. Adolens ea super altare absque cæremonis holocausti matutini. Immolauit et bouem atque arietem hostias pacificas populi. obtulitque ei filii sui sanguinem quem fudit super altare per circuitum. Adipem autem bouis et caudam arietis renunculosque cum adipibus suis et reticulum iecoris posuerunt super